

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Türkische Texte mit französischer Übersetzung - Cod. St. Märgen 1

[Straßburg?], [um 1720]

Caput primum

[urn:nbn:de:bsz:31-161021](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-161021)

GRAMMATICÆ TURCICÆ

PARS TERTIA

De Pronomine.

Pronomina sunt apud Turcas alia separata, alia aliis vocibus affixa, quod habent ferè omnes Orientales & Hungari, suntque Personalia, Demonstrativa, Relativa & Possessiva; & quia nonnihil differunt in declinatione aliisque à nominibus, percurremus singula.

CAPUT PRIMUM

De pronomibus Personalibus & demonstrativis.

Pronomina Personalia ضمائر *zamāir* dicta, sunt بن *ben*, ego, اول *ol*, tu, اول *ol*, ille. Quæ sic declinantur

	Sing.	Plur.	Sing.	Plur.
Nom.	بن <i>ben</i> , ego	بز <i>biz</i> , nos	سن <i>sen</i> , tu	سز <i>siz</i> , vos
Gen.	بنم <i>benüm</i> , mei	بزم <i>bizüm</i> , nostri, no-	سنگ <i>senün-</i> , tui	سزگ <i>sizün-</i> , vestri, ve-
Dat.	بگا <i>ban-a</i> , mihi	بزه <i>bize</i> , nobis (strum	سگا <i>san-a</i> , ساکد <i>san-a</i> , سزه <i>size</i> , vobis (strum	
Ac.	بنی <i>beni</i> , me	بزی <i>bizy</i> , nos	سنى <i>seni</i> , te (tibi سزی <i>sizy</i> , vos	
Abl.	بندن <i>benden</i> , à me	بزدن <i>bizden</i> , à nobis.	سندن <i>senden</i> , à te	سزدن <i>sizden</i> , à vobis.

Huic plurali additur aliquando honoris gratiâ etiam nota illa pluralis لر *ler*, ut بزرلر *bizler*, nos, بزرلرم *bizlerüm*, بزرلره *bizlere*: سزرلر *sizler*, سزرلرك *sizlerün-*, سززرلره *sizlere*. Sed tu ab illis abstine.

Reciprocum autem latinum *sui*, *sibi*, *se* non habent, sed reddunt per گندو *gendü*, vel گندی *gendi*, ipse, quod admittit affixa possessiva, ut paulò inferiùs videbitur.

Nom.	بو <i>bu</i> , شو <i>su</i> , اشبو <i>isbu</i> , hic, hicce	اول <i>ol</i> , او <i>o</i> , ille, is, iste
Gen.	بونك <i>bunün-</i> , شونك <i>sunün-</i> , اشبونك <i>isbunün-</i> , hujus	انك <i>anün-</i> vul. <i>onün-</i> , ejus, illius
Dat.	بوگا <i>bun-a</i> , شوگا <i>sun-a</i> , اشبوگا <i>isbun-a</i> , huic	انگا <i>an-a</i> , on-a, ei, illi
Ac.	بونی <i>buni</i> , شونی <i>sunı</i> , اشبونی <i>isbunı</i> , hunc (hoc	انی <i>anı</i> , onı, eum, illum
Abl.	بوندن <i>bundan</i> , شوندن <i>şundan</i> , اشبوندن <i>isbundan</i> , ab	اندن <i>andan</i> , ab eo, ab illo

Plurale regulariter بونلر *bunlar*, شونلر *şunlar*, اشبونلر *isbunlar*, hi انلر *antar*, onlar, ii, illi بونلرك *bunlarün-*, &c.

گندو *gendü* گندی *gendi*, ipse, گندونك *gendünün-* گندینك *gendinün-*, ipsius, گندویه *gendüje*, vel گندیه *gendiye*, ipsi, گندوی *gendüi*, vel گندی *gendi*, ipsum, گندودن *gendüden*, vel گندیدن *gendiden*, ab ipso. Pl گندولر *gendüler*, vel گندیلر *gendiler*, ipsi, گندولرك *gendülerün-*, &c. regulariter.

Sic usurpatur, quando reciprocè ponitur in eadem persona verbi aut pronominis possessivi, ut گندوگندودن *gendü gendüden*, ipse, se ipso, vel à se ipso, ex se ipso, per se ipsum, proprio Marte, &c. Sic گندوی اورمش *gendüi urmiş*, se percussit, se ipsum percussit. Aliàs recipit affixa pronomina personalia possessiva, sic گندوم *gendüm*, ego ipse, گندوك *gendün-*, tu ipse, گندوسی *gendüsü*, ille ipse. Pl گندومز *gendümüz*, nos ipsi, & honoris gratiâ گندولرمز *gendülerümüz*, گندونلرمز *gendünlümüz*, vos ipsi, گندولری *gendüleri*, illi ipsi; quæ singula more nominum possessivorum, ut infra, declinantur, ut گندومك *gendümün-*, mei ipse, &c. Sic dicitur گندوم واردم *gendüm wardüm*, ipse ivi, گندونکه ضرر اتمه *gendün-ke zærer itme*, tibi ipsi damnum non facias. گندوسی بوندهدر *gendüsü bunda dür*, Ipsemet hic est. گندومیزی بر باد ایتیمهلم *gendümüzü berbâd itmejelüm*. Non perdamus nos ipsos.

Non ci rouiniamo noi medesimi. كندو كتابنى ساتدى gendü kitâbini satdy. Vendidit suum ipsius librum.

¶ Pronomina Arabes inter nomina, quæ vocant indeclinabilia, recensent; sunt enim illis tantummodo tres orationis partes, الفعل elfelü, Verbum, الاسم elismü, Nomen, & الحرف elharfü, Particula. Adscribunt ergo Nomini non solum Pronomina, sed etiam Participia, & pleraque Adverbia, immò etiam multas præpositiones reddunt per Nomina nashbata, seu in Accusativo posita. Nos verò methodo Nostratum insistentes, peculiarem hîc de Pronomine tractatum instituimus, ob Turcicam præsertim Linguam, quæ nostro modo doceri facilius posse videtur.

Pronomina ergo Personalia & Demonstrativa generibus & numeris variantur, ut Nomina, sed casus non agnoscunt, nisi Dualia Demonstrativa, quæ more nominum diptota sunt.

Personalia ergo sunt أنا ene, enâ, ego, Comm. gen. Pl. نحن nehñü, nos, Comm. gen. أنت ente, tu, Masc. انت enti, tu, Fæm. Dual. أنتما entümâ, vos duo, & vos duz. Pl. انتم entüm, vos, Masc. انتن entünne, vos. Fæm.

هو hüwe, ille, is, هي hije, illa, ea, Dual. هما hümä, illi duo, illæ duz, هم hüm, illi, هن hüñne, illæ, eæ.

Ceteros ergo casus suppleant per Affixa, quæ متصله muttaesyle vocantur, suntque vel Affixa nomini, vel verbo, vel particula. Affixa nomini sunt pro Genitivo, & faciunt possessivum, de quo infra. Affixa verbo referunt casum verbi, seu Accusativum aut Dativum, & sunt primæ personæ في nî, me & mihi, Pl. لنا nâ, nos & nobis. Secundæ personæ لك ke, te, tibi, Masc. لك ki, Fæm. Dual. لكم kümâ, vos duos, vel duas; duobus, duabus. Pl. لكم küm, vos viros, vobis viris; كنن künne, vos fæminas, vobis fæminis. Tertiæ personæ هو hu, eum, ei, ها hä, eam, ei. Dual. هما hümä, eos duos, eas duas, iis duobus & duabus. Pl. هم hüm, eos plures, iis, هن hüñne, eas, eis; e. g. نصرنى nase-renî, adjuvit me sive virum, sive mulierem: نصرنا nase-re nâ, juvit nos vel duos, vel duas, vel plures: نصرک nase-re ke, adjuvit te virum, نصرک nase-re ki, adjuvit te fæminam, نصرکم nase-re kümâ, adjuvit vos duos, & vos duas, نصرکم nase-re küm, adjuvit vos plures viros, نصرکنن nase-re künne, adjuvit vos plures fæminas. نصره nase-re hu, adjuvit eum, نصرها nase-re hä, adjuvit eam, نصرهما nase-re hümä, adjuvit eos duos, & eas duas, نصرهم nase-re hüm, adjuvit eos plures, نصرهن nase-re hüñne, adjuvit eas plures. In tertiâ personâ plurali masculina abjicitur, ob Affixum, و elif otiosum post و waw servile legendum ut ü, ut in نصروا naserü, adjuverunt, نصرونا naserünâ, adjuverunt nos; & secundæ pluralis masculina terminationi تم tüm adjicitur و, ut نصرتوني nase-rtümünî, adjuvistis me, نصرتوهم nase-rtümühüm, adjuvistis eos, نصرتوهن nase-rtümühünne, adjuvistis eas, &c. Quando verbum habet ن nun additum in fine, licebit rejicere alterum ن nun, & dicere, v. g. ينصرونى jansurünî, vel ينصرونى jansurünenî, adjuvabunt me. Cum autem verbum requirit duos casus sibi affixos, tunc affixum primæ personæ præferatur affixo secundæ, & secundæ affixo tertiæ, ut زوجناكها zewwegenâkehä, copulavimus tibi eam, اعطيتكها etajtukehu, dedi tibi illud, اعطانيه etajnihi, dedit mihi eum, id, اعطيتنيك etajtenike, dedisti mihi temetipsum. Alias fieri potest separatio, & dici اعطيتكها اياك etajtühü ijjäke, dedi illum tibi.

Hoc ergo اياك ijjäke est personale secundæ personæ, quasi ab اياك ijjä, cui cum modò dicta affixa adjiciuntur, sit personale separatum sic اياي ijjäje, me, mihi, ايانا ijjänâ, nos, nobis, اياك ijjäke, te virum, tibi viro, اياك ijjäki, te, tibi fæm. اياكما ijjäkümâ, vos duos & vos duas, vobis duobus & duabus, اياكم ijjäküm, vos plures viros, vobis pluribus viris, اياكنن ijjäkünne, vos plures fæm. vobis pl. fæm. اياها ijjähu, ipsum, اياها ijjähä, ipsam, ipsi, اياها ijjähümâ, ipsos duos, ipsas duas, ipsis duobus, & duabus, اياهم ijjähüm, ipsos plures viros, ipsis pluribus viris, اياهنن ijjähünne, ipsas plures, ipsis pluribus fæm. Aliqui addunt و in fine secundæ personæ sing. fæm. ad distinctionem à masculina, dum scribunt sine vocalibus.

Quoniam verò particula ان inne & enne, utique, quòd, quia, eo quòd, &c. regit post se Accusativum, ut alibi explicabitur, sic Affixa sibi construit eodem modo, quo verbum, ut اننى ennenî & اننى enni, inñ, eo quòd ego, اننا ennenâ & اننا ennâ, eo quòd nos,

Pars tertia.

nos, **أنك enneke**, quòd tu vir, **آنك enneki vel آنكى enneki**, quòd tu fœm. **آنكنا ennekümā**, quòd vos duo, **دو آنكم enneküm**, quòd vos plures viri, **آنكنا ennekünne**, quòd vos plures fœm. **آنه ennehu**, quòd ipse, **آنها ennehā**, quòd ea, **آنهم ennehümā**, quòd ipsi duo, **آهم ennehüm**, quòd ipsi plures, **آنهم ennehünne**, quòd ipsæ plures. Sic etiam cum particulis seu præpositionibus consonante terminatis, ut **منه minhu**, ex, ab eo, **منك minke**, à te, **منى minni**, pro **منى minni**, à me, **مننا minnā**, à nobis, **عنكم enküm**, à, ex vobis, &c. Cum autem particula seu litera est kesrata, ut est **ب bi**, in, per, &c. Tunc & legitur **بها himā**, **هم him**, **هين hinne**, immò semper sic leguntur cum immediatè præcedit kesra, ut **بها bibi**, in eo, **بها bibimā**, in eis duobus & duabus, **بهم bibim**, in eis viris, **بهم bibinne**, in eis fœm. Sic **فيه fihī**, in eo, **فيهم fihim**, in eis, &c. **لي li** tamen, propter, & nota dativi cum affixis habet fetham, & sic legitur **له lehu**, ipsi, propter ipsum, **من ربه mir-rebbihī**, à suo Domino, sed hoc ad Possessiva pertinet.

Demonstrativum propinqui est **ذا zā**, hic, iste, **ذو zihī**, **ذو zihī**, **ذو zī**, & rariùs **تا tā**, **ته tihī**, **ته tihī**, **تي tī**, hæc, ista. Dual. **ذان zāni**, hi duo, & in obliq. **ذين zejni**, his duobus, hos duos, **تان tāni**, hæc duæ, **تين tejni**, harum duarum, his duabus, has duas. Pl. **اولا ulāi**, & **اولى ulā**, hi & hæc plures. Fitque demonstrativum remoti addito **ك ke**, sic **ذالك zāke**, iste, illè, **تلك tāke**, illa, Dual. **ذانك zānikē**, illi duo, **ذينك zejnikē**, illorum duorum, &c. **تانك tānikē**, illæ duæ, **تينك tejnikē**, illarum duarum, &c. Pl. **اولايك ulāike**, & **اولاك ulāke**, illi, illæ plures. Dicit etiam potest **ذالك zāküm**, est enim affixum secunda persona, quod juxta omnes suas revolutiones potest illi affigi. Addi etiam plerumque solet **ل** ante illud **ك** secunda persona **ذالك zālike**, & compendii causâ, rejectâ **ل**, scribitur **ذالك ille**, & pariter **ذالك zāliküm**, ille. In fœminino **تلك tilke**, illa, **اولالك ulālike**, illi & illæ. Porro dicto **ذا zā**, hic, ipse, ut supra declinato præfigi solet **ها hā**, ut dicatur **هاذا hāzā** aut **هنا hāzā**, hicce, q. ecce hic, nam **ها hā** illud vocatur **حرف التنبيه hærfüt-tembih**, particula excitationis. Sic ergo inflectitur **هنا hāzā**, hic, **هذه hāzihī**, hæc, Dual. **هذان hāzāni**, hi duo, **هذين hāzejni**, horum duorum, &c. **هاتان hātāni**, hæc duæ, **هاتين hātejni**, harum duarum, &c. **هؤلاء hāulā**, hi & hæc plures.

Animadvertendum est autem in Pronominibus, Pluralia vix usurpavi pro rebus non rationabilibus, sed solùm dici de rationabilibus; loco autem Pluralis adhibetur Singulare fœmininum, v. g. non dicitur **اول الكتب ul el kütübü**, isti libri, sed **هذه الكتب hāzihil kütübü**, isti vel hi libri; & hoc valet etiam in Nominibus, ut infra fusiùs in Syntazi.

Persis Pronomina personalia sunt **من men**, ego, **مرا merā**, vel **از من ez men**, mei & à me, **مرا merā**, & **بمن bemen**, mihi, & ad me, **مرا merā**, me. Pl. **ما mā**, & rariùs **مايان mājān**, nos, **از ما ez mā**, nostri & à nobis, **ما را mā rā**, & **بما bemā**, nobis, **ما را mā rā**, nos. **تو tü**, tu, **از تو ez tü**, tui & à te, **تو را türā** & **بتو betü**, tibi & ad te, **تو را türā**, te. Pl. **شما šümā**, vel rariùs **شمايان šümājān**, vos, **از شما ez šümā**, vestri, vestrum, & à vobis, **شما را šümārā**, & **بشما besümā**, vobis, & ad vos, **شما را šümārā**, vos. **او o, ū**, ille, is, **از او ez o, ez ū**, illius, **اورا orā**, **بالو bā o**, **بدو bedü**, & **بوي bewej**, illi, ei, ad eum, **اورا orā**, illum, eum. Pl. **ایشان isān**, illi, ii, ex, **از ایشان ez isān**, eorum, ab iis, **ایشانرا isānrā**, **بایشان beisān**, iis, ad eos, **ایشانرا isānrā**, eos. Respondentque hæc tria Arabicis **لنا ene**, **لانت ente**, & **لهو hüwe**, nisi quòd pro verbo Substantivo, ut apud Arabes, non usurpentur, sed necessariò verbum ipsum substantivum requirant, cum quo, ut Nomina & Participia conjugantur, ut **منم menem**, ego sum, **تویی tü jī**, tu es, **اوست est**, pro **اوست o est**, ille est. Pl. **مايیم mājīm**, nos sumus, **شمايید šümājīd**, vos estis, **ایشانند isānend**, illi sunt.

Reciproco Turcico **خود gendü**, ipse, respondet Persicum **خود chod**, **خودش chōš**, ac **خودش chōšten** (quod Arabs redderet per **نفسه nefsühu**, vel per **بنفسه bi nefsibi**) **خود chod** ergo omnibus personis servit, ut **خود من men chod**, ego ipse, egomet, **تو خود tü chod**, tu ipse, tutemet, **او خود o chod**, ille ipse, illemet. **ما خود mā chod**, nosmet, &c. & sine personalibus **خود گفت chod gūft**, ipsemet dixit, **خود گفتیم chod gūftim**,

tem, ipsemet dixi. Aequivaletque saepe Relativo latino *sui, sibi, se*, ut با خود *bā chod*, secum, خود را *chodrā*, sibi, *se*. Sic سوی خویش *sūi chýs*, versus *se*, خوشتر آراستن *chýs-tenrā āvrāsten*, semetipsum ornare, comere.

Demonstrativum propinqui est این *in*, hic, این *ez in*, & usit. این *ez in*, & این *ez in*, hujus, ex hoc, اینرا *inrā*, & این *be in*, vel usit. این *bed in*, huic, ad hunc, اینرا *inrā*, hunc. Pl. اینان *inān*, vel اینها *inhā*, hi, hæ, hæc, اینها *ez inhā*, horum, ab his, اینانرا *inānrā*, his & hos. In aliquibus pro این *in* ponitur *im*, & cum nomine suo tunc coalescit, ut امروز *imrūz*, pro اینروز *inrūz*, hodie. Sic امشب *imšeb*, hanc nocte, امسال *im-sāl*, hoc anno, امسال *imbāl*, hoc statu, jam.

Demonstrativum remoti est آن *ān*, ille, آن *ez ān*, illius, ab illo, آنرا *ānrā*, & آنرا *bedān*, illi, ad illum, آنرا *ānrā*, illum. Pl. آنان *ānān*, vel آنها *ānhā*, illi, &c.

Affixa etiam apud Persas inveniuntur, & primæ quidem personæ *em*, secundæ *et*, tertiæ *es*, sed ea rarius pro casu verbi, sed plerumque pro possessivis, de quibus infra. Dicit tamen *Haf.* کرت پیرمغان کوید *geret piri mughān gūjed*. Si tibi Prælati dicat.

CAPUT SECUNDUM

De Pronominibus relativis.

DE Relativis personæ dictum est in præcedenti capite, ubi, *pec.* affixa, verè referunt personas antè nominatas.

Relativum *qui, quæ, quod* redditur quidem Turcicè per *ki*, vel rarius per *kim* seu *kim*, sed cum sit indeclinabile, suppletur casus ejus per pronomen flexile relativum personæ اول *ol* seu او, planè ut Poloni faciunt cum suo vulgari *co*/ cui ad diversificandos casus addunt pronomen ejusmodi, ut pro Genit. dicunt *co iego* / ut Turcæ *ak ki anün-*, cujus *e. g.* اول اغا که انک قزنداشی دوستکدر *ol agha ki anün-karindāsi dostündür*, ille Dominus, cujus frater amicus tuus est; sic etiam vulgus Polonorum dicit *Ow Pan co Brat iego twoim przyiacielem iest* / pro *Pan ktorego Brat twoim iest przyiacielem*. Sic ergo consequenter *ki an-a*, cui, *ki ani*, quem, *ki andan*, à quo, sic in Plurali *ki anlarin-*, quorum, *ki anlara*, quibus, *ki anlari*, quos, *ki anlardan*, à quibus. Ubi nota relativum hoc *ki*, etiam quando significat *quod* vel *ut*, legi semper debere immediate & indissolubiter cum præcedenti verbo vel nomine, cui postponitur, immò cum eo saepe coalescere, secus ac apud nos, qui ante relativum comma solemus adscribere.

Sciendum autem est hoc relativum *ki* sic ut modo declinatum rarius venire in usum, apud eloquentes Turcas, sed melius reddi posse per participium verbi, *e. g.* potest quidem dici *bu dür ki geldy* hic est qui venit, sed longè melius dices *bu dür* *gelen bu dür*, *g.* hic est veniens, seu qui venit; sic in superiore exemplo, poterat melius dici *karindāsi dostün-olan agha*, Dominus cujus frater est tuus amicus, sed id maximè in Accusativo, ut *ol berif dür ki ani dün urdüm*, ille homo est, quem heri percussi, dic potius *dün urdüm* *berif oldur*. Quod fusiùs explicabitur in verbo.

Sciendum quoque hoc idem *ki* affigi interdum nominibus etiam particulâ aliquâ postpositivâ affectis ad significandam relationem, sed in eo casu plerumque scribitur cum *ki* vel *gi*, aut etiam *ghy*, & subintelligitur verbum substantivum, valetque *qui, quæ, quod est*, ut *eliüdeki kylyg*, framea, quæ est in manu mea, sic *üstümdeki eswāb*, vestes quæ supra me sunt, seu quibus induor, *li vestimenti che porto addosso*, *iokardaghy*, qui, quæ, quod superius est, *quello, che stà di sopra*, sic *benümki*, qui meus est, *il mio*, &c.

Interrogativum personale *kim* *kim*, quis? est regulariter declinabile & admittit affixa possessiva, ut *kimün-dür bü?* cujus est hoc? *kim wivusün?* cui dabis? *kimüm war*, quis mihi adest, seu quem habeo? sed in libris aliquando adhibetur pro *ki*, qui & quod, vel ut. Potest etiam enuntiativè & conditionaliter usurpari, uti & sequentia interrogativa.

Interro.